



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 361. Usque Ad Annum 395

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1758

VD18 90117786

§. 13. Persecutio restauratur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66032](#)

cilium, ut huic inveterato malo medere. **Sæculum IV.**
tquam
tionen
m par
nvis in
os spe
untur
celesia
d Mon
tismu
I falso
ohibe
lesian
ocent
si que
tus de
a a Do
Quos
cos Je
venire
s, pa
dice
ompre
d eum
los no
Hab
ca pol
rt, at
rum fi
is vila
ii Lao
corum
, Con
ciliu

tur, prohibuisse, ne relicto JESU Christo **A. C. 367.**
Angeli invocentur, nempe, Ecclesiam il- **Perron. re-**
los damnasse, qui, excluso JESU Christo, **plique p.914.**
Angelos exorabant, eosque tanquam ul-
timum cultus sui finem considerabant,
credentes, orationes suas usque ad Thro-
num Dei penetrare non posse; qui suo
arbitrio oratoria S. Michaeli, ut populi
Dei Protectori, non vero JESU Christo
in S. Michaelis Servi ejus memoriam ex-
stribuerant.

Sequens Concilii Laodiceni canon **c. 36.**
Presbyteris, & Clericis prohibet, ne sint
Magi, incantatores, Mathematici, seu
Astrologi, ne faciant figuras, aut vincula
veneficiis apta, jubetque, ut qui talia apud
se gestant, ab Ecclesia ejiciantur. Mu- **c. 37.**
nuscula Judæorum, aut Paganorum, quæ
diebus apud ipsos festis mittere solebant,
non accipientur, nec festa in eorum socie-
tate celebrentur. Speciatim prohibetur, **c. 38.**
ne quis azymos panes, quos Judæi per
festa sua Paschalia distribuere consueve-
rant, acceptat. Tandem ne quis Gentili-
um solemnitatibus intersit. Hi sunt Con- **c. 39.**
ciliii Laodiceni Canones, quos tota anti-
quitas venerata est.

§. XIII.

Persecutio restauratur.

Cum Valens Imperator duobus annis **Anm.**
bellum **XXVII.c.5.**

Sæculum IV. bellum Gothis intulisset, ipsi attriti
A. C. 369. viribus pacem postularunt, quam ipso

anno tertio concessit, Valentiniano ju-
niore, & Victore Consulibus, scilicet an-

Zosim. 4. 4. no 369. Illo circiter tempore Valen-
v. Chr. Cod. Tomos venit, urbem amplissimam, Sep-

Theod. v. Pa-thiæ Metropolim, Romanis subjectam,
gi. an. 369. i. ora Ponti Euxini versus Danubii offi-

Sozom. VI. c. 21. positam. Scytharum Episcopi Sedes ha-

Theod. IV. c. 35. erat, nam quamvis urbes plurimas, arcis
& oppida tenerent, tamen more majo-

rum unus totius nationis erat Episcopus

Is tunc Bretannion, seu Vetrannion vo-

cabatur, in fide Catholica zelosissimus

Valens ubi Tomos pervenit, & in Eccle-

siam delatus est, Episcopo, ut solebat, per-

suadere nitebatur, ut cum Arianis com-

municaret; at Bretannion viriliter relin-

tit, fassus se fidei Nicænæ Defensorem

eaque, ad quam venisset Imperator, Ec-

clesia relicta, in aliam se contulit. Secu-

tus est Episcopum populus, nempe tota

ferme civitas, quæ, ut videret Impera-

torem, confluxerat; hoc quoque pluri-

orum suspenderat animos, quid in hoc

rerum articulo Episcopus esset facturus

Valens, desertum se solum cum familia-

rium comitatu, impatientissime tulit; Bre-

tannionem comprehensum, & in exilium re-

missum, post breve tempus revocavit,

quippe metuebat Scythes, fortissimam

gentem, & Romanis ad defendendos Im-

perii

perii fines necessariam. S. Bretannion Sæculum IV.

25. Januarii in Ecclesia honoratur. A. C. 370.

Pace cum Gothis inita, Valens, Constantinopolim reversus, reliquum tem-
pus anni 369. ibi transegit. Anno 370. n. 5. ineunte Constantinopoli Antiochiam pro-
fectus est, bellum, ante triennium adver-
sus Persas cœptum, prosecuturus; cum
in via esset, Nicomediae obitus Eudoxii
Episcopi Constantinopolitani Ariani nuntiatur. Is primum Episcopus Germaniensis in Syria per annos circiter octodecim fuerat, tum Sedem Antiochenam per annos duos tenuit, tandem Constantinopolitanam annos undecim ab anno 360. usque ad annum 370. Ariani in ejus lo-
cum suffecerunt Demophilum, Thessalo-
nicæ natum, & prius Episcopum Bereæ in Thracia, illum ipsum, qui sub Constan-
tio Liberum Papam in lapsum impule-
rat. Probata est ejus Electio Imperato-
ri, ipse vero ordinatus est a Theodoro,
seu Dorotheo Heracleensi, nam qui Se-
dem Heracleensem tenebat, gaudebat
ea prærogativa, quod ei competeret Epis-
copum Constantinopolitanum consecra-
re, eo quod Heraclea olim hujus urbis
Metropolis fuisset. In Demophili ordi-
natione loco solitæ acclamatio-
nis: Axios. Id est: dignus, multi clamavere An-
dros: indignus. Catholici, occasione
usuri, Evagrium in Episcopum Constanti-
nopolis.

Martyr.

Philost. 9.

Socr. IV.

c. 14.

Philost. IX.

n. 8.

Sup. I. XIV.

§. 23.

Philost. IX.

n. 10.

Demophilus

Constant.

nopolitanus.

Soz. VI.

c. 13.

Sæculum IV. nopolitanum elegerunt, quem quidam
A. C. 370. Episcopus, nomine Eustathius, or-
 navit.

Ex hac ordinatione Ariani novam Ca-

Socr. IV. tholicos persequendi ansam arripuer-

c. 15. Imperator Valens, ubi ea, quæ Constan-
 tinopoli facta essent, rescivit, timens po-
 puli seditionem, partem copiarum Nico-
 media illuc misit cum mandato, captus
 Evagrium, & Eustathium in diversa rele-
 garent, quod etiam executioni datum.
 Evagrius in exilio obiisse creditur, cujus
 memoriam sexta Martii colit Ecclesia
 Ariani, Imperatoris favore elati, Catho-
 licos vexare, insectari, contumeliis, & ver-
 beribus afficere, in carceres detrudere,
 obtorto collo in judicium trahere, mu-
 ñtas extorquere cœperunt. Hujus perfe-

Mart. Rom. cutionis Martyribus accensetur S. Eulogiu-
3. Julii Me- cum pluribus aliis, quorum memorian-
nol. eod. tertia Julii Ecclesia agit. Catholici, ut huius
Socr. IV. calamitati remedium impetrarent, Le-
c. 16. gationem ad Imperatorem miserunt octo-
 ginta Clericorum, quos inter Urbanus,
 Theodorus, & Menedemus erant præci-
 pui. Dum Nicomediæ advenerunt, Is-
 bellum supplicem Imperatori tradido-
 runt, quo Catholicorum justæ querelæ
 exponebantur. His precibus Valens ad
 vehementem iram concitatus, tamen, ne
 seditio commoveret, dissimulavit, clam
 vero Modestο Prætorii Præfecto impera-

vit,

der,

se,

Sen-

At

na-

cel-

mo-

ci

ad

in

Nic-

nav-

qua-

ave-

Eur-

qui

imp-

fuit

rum-

ta

S-

tis-

dita-

cur-

inc-

nop-

E-

cle-

l-

vit, ut Legatos hos omnes occulte per-Sæculum IV.
deret; ergo Præfectus simulabat, velle A. C. 370.
se, ut in exilium deportarentur; quam
Sententiam ipsi forti animo exceperunt.
At eos navi imponi jussit, non saburratae,
nautis clam monitis, ut ubi in altum pro-
cessissent, flammas subjicerent, quod hoc
modo effectum dederunt; omnes Cleri-
ci delegati navigio impositi sunt, quasi *Theod. IV.*
hist. c. 24.
ad exilii sui locum devehendi, dum vero
in medio sinus Astaceni, in cuius angulo
Nicomedia sita est, vela faciunt, nautæ
navigium incendunt, ipsi in scapham,
quæ præparata sequebatur, insiliunt, &
avehuntur. Vehementius forte spirans *Mart. Rom.*
Eurus ardens navigium usque ad portum, *Menol.*
qui Dacidiza dicebatur, in ora Bithyniae
impulit, ubi totum consumptum est. Hoc
fuit Martyrii genus octoginta Clerico-
rum, quorum memoriam Ecclesia quin-
ta Septembbris agit. In tantæ crudelita-
tis ultiōrem immissa cœlitus fames cre-
dita est, quæ hoc anno Phrygiam, & cir-
cumiacentes Regiones afflixit, & multos
incolas e patria migrare, atque Constanti-
nopolim, vel alias urbes petere coegit. *Socr. ibid.*
Hier. Chr.

§. XIV.

S. Basilius Valenti resistit.

Ex Bithynia Valens in Galatiam venit, *Greg. Nyss.*
ubi, nemine resistente, vastavit Ec-*contr. Eun.*
clesias. Eadem ratione in Ecclesiis Cap. *I. p. 48.*
Sozom. VI.
Hist. Eccles. Tom. IV. R pado-c. 15.